Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 5.
AUTOGRAFY BIBLIOTEKI ZAKŁADU NARODOWEGO IM. OSSOLIŃSKICH

1788. Teuffenbach, baron. List do Sebastiana Lubomirskiego, kasztelana małogoskiego 1593.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

L. 1788 — 1789.

No. 1195-1196

Teiffenbach, Baron

1. List do Sebast: Lubomirsk: Kaszt: Małogosk: z Krakowa Xbr 1593.
2. Item Item 17. Czerwca 1593

Stany Węgierskie

1788

5.

Generose ac Magnifice Domine Amice et Vicine Nobis observan[dissi]me:

Salutem et Servitiorum nostrorum commen[dationem]: Accepimus literas Gen[erosae] Mag[nificentiae] Do[minationis] V[est]rae, quae sane multum fellis in se continent, neque speravissemus eam tali scripto nos offensuram, quandoquidem Gen[erosa] Mag[nificentia] Do[minatio] V[est]ra eius occasionem ex sinistra informatione acceperit: Testes enim Legati Gen[erosae] Mag[nificentiae] Do[minationis] V[est]rae ad nos saepius missi, coram omnibus esse poterunt, nos semper rebus dirimendis Juris medium, vel amicabilem n[ost]ram compositionem proposuisse, et nil unquam aliud avidius optasse et optare, quam ut publica pax et tranquillitas bonaque Vicinitas observaretur, et nisi obstinatia oppidanorum accessisset, Hactenus res controvertentes bono modo sopiri potuissent. Sumus enim ij, qui totis viribus in promotionem et tranquillitatem Reipub[licae] Christianae studemus, Et ideo, Mag[nificentia] Do[minatio] V[est]ra pro sua prudentia, ne nos ad alicuius sinistram et fraudulentam informationem suo scripto carpat; possemus et nos simili scripto contendere, verum aliter rei pro n[ost]ra modestia consultum fore Judicavimus, de quibus omnibus Gen[erosae] Mag[nificentiae] Do[minationi] V[est]rae per familiarem suum Generosum Valerianum Poradowsky, copiose nunciavimus, quid etiam de rebus alijs, apertim de dimissione detentorum Civium -13- oppidanorum, certis sub conditionibus ut in posterum Juri statuantur, conclusimus, ex eodem praedicto suo familiari Gen[erosa] Mag[nificentia] Do[minatio] V[est]ra intelliget. Requiritur itaque ut de certo termino Juris quamprimum concludatur, quo etiam Cives ipsi modo dimissi staturi vel se hoc pacto stipulationi p[rae]dicti Valeriani Poradowskij nomine Gen[erosae] Mag[nificentiae] Do[minationis] V[est]rae factae, satisfiat, de quibus suam Ma[ies]tem Caesar[eam] D[ominum] N[ostrum] Cl[ementissi]mum demisse edocebimus. Ubi aut[em] eiaculationes globorum in Genorum et quasi salu=

tationem militum Suaetis de more antiquo factam ipsi scribit:
perniciosa sane illa fuit salutatio, nam globi aliquot vicibus
directe ad ipsos milites explodebantur, qui in honoris gratia in
aerem et non ad milites dirigi debuissent, de quibus plura
[illegible] per familiarem suum Generosi Maiestati Dominationi Vestrae nun-
ciavimus. Quam in reliquo diu saluam et incolumem
valere desideramus. Cassoviae. 17. die Junij.
Anno. 1593:

Sacrae et Maiestatis: D. Vrae:

Servitor [illegible]
[illegible]
paratissimus

[illegible] Bocskay

[illegible]

Generoso ac Magnifico Domino Sebastiano Lubomiersky
Castellano malogoslien, Capitaneo Sandocensi, Scepu=
siensi et Dobsicensi. D: Domino Amico et Vici=
=no Nobis observandissimo

A 1593 die 23 Iunij List od
P. Capitana Kosińskiego przez posłańca

5

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.